



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

21. Dies Maii. Non primum tantum est iter ad vitia, sed præceps.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Majus.
r de t. 0.9
cūm uni-
ctili, hor-
lis equos
e siccis o-
ā rediut in
oblectat
vicula ja-
n, nullus
ectet fu-
possessio-
ius jach-
etus arb-
e eligend-
icitudine
hem? Sed
uomodo
horbi ali-
atem, ve-
libus el-
limorum
is capi-
s quando
Deus re-
i: Mori-
animas
ercurium
sa anima

21. DIES MAILL.

Non prouum tantum est iter ad vitia , sed
præceps. *Seneca Epist. 97.*

Fragilitas I. **U**T tantum illud, quantum jam
expressi, evites malum, id est,
peccatum, opus est non mo-

do frequenti, sed continuâ , tum ut
laqueos tibi prætentos fugias, cautelâ , tum ne incur-
ras, vigilantiâ . Hoc à te facile impetrabis, si hominie
ad cadendum facilitatem, ad surgendum difficulta-
tem intelligas. Quis inter innumera cadendi pericula
non sit, ne cadat anceps, ubi iter, ut cadat, est præ-
ceps? Facere flagitium, est ruere in barathrum. Ad
illud homo naturâ suâ est proclivis, ad hoc via est per
se declivis. Ne ergo inclines in peccatum, declina oc-
casiones peccandi. Nos stamus quasi in ultima orâ
etruantis Erebi , & quidem vestigio tam lubrico,
ut à nullo impulsî , mole ipsi nostrâ deorsum devol-
vamur. Quid si accedant, qui impressione factâ ad
casum impellunt, nunquid quantumcumque obni-
taris, cadere compelleris? Audi de se, imò de te lo-
quentem Davidem: (a) *Impulsus, eversus, sumut cade-
rem.* Quæris quis sit impulsor? Hoc si quæras, te
quæreris? Quia tu ipse tu, impulsor es tu. Nec tantum
tu impulsor es tu, sed omnia tua, & omnia non tua.
Nihil in sensu incurrit, quod te insensatum ad ca-
sum non impellit. Si tu te, & quidquid est in te, & ex-

Pars II.

Bb

tra

(a) *Psal. 117.*

Majus
trate, impellat ad casum, qui fieri potest ut non ca-
das, vel non sit periculum semper, & ubique cadens

II. Quot fuere, qui plenissimis velis ad salutis por-
tum ferri videbantur, sine turbinibus securi, sine flu-
ctibus quieti, sine procellis tranquilli, qui cum se ja-
esse credebant in vado, repente se repererunt in fu-
do; jam, jamque enavigato oceano, lato celestis
te subeuntes portum, passi sunt naufragium, ibi
absorpti perierunt, ubi pereundi non modò nullus
erat periculum, sed nec timor periculi? Nonne mihi
ad stipulatur Tertullianus ita scribens: (a) *Nau-
longè à Caphareis Saxis, nullis depugnata turbib-
nullis quassata decumanis, adulante flatu, labi
cursu, latante comitatu, intestino repente percul-
cum tota securitate desidunt.* Si sapis, quo es per-
Etior, eo sis & timidior. Qui onustus est auro, illi vi-
tandus est latro. In ipso sanctitatis fastigio, si non tibi
meas, jam proximus es præcipitio. Voluntas homi-
nis, velut in turbulentio freto semper fluctuat: & de-
sultoriâ levitate mobilis, quæ ad bonum vix man-
ducitur, ad malum cursu rapitur: ut nihil sit homini
proclivius quam errare, ignorare, labi, bona perse-
qui, mala exequi. Deinde circumstant nos multa de-
mi, & foris invitamenta ad scelus, vitiique improba-
simam libertatem, quæ cum opem, & consilia su-
cum depravatâ imbecillitate conferent quis tutus,
in gradu firmus diu esse possit?

III. Quocumque convertis oculos, incurris in la-
queos. Ubique occurrit occasio, unde ne caveas, si
quatur perditio. Una sub inde vocula, nutus oculi-
nus, levis contactus, non modò corporum, sed vel v-

Majus
stium, n
nimi oc
constan
quassu d
audire r
ni Regis
ptenniu
dolescer
tā prole
licer qu
nē mob
hil dicar
& pueri
um, & v
pulcher
rum viti
uum, S
est incon
deficer
impelle
veteri p
& calan
meridie
nunc sa
jam con
clius, n
tore co
minis in
qua die
Nun
stium

(a) *Tertull. de anim. 657.*

Majus, *Tessera.* 387
stium, minima denique peccati occasio, sufficit ad a-
nimi occasum. Cor quod antea videbatur adamante
constans, & solidum, ut arietis, sic temptationis levi-
quassu dissilit, impulsu concidit, impetu interit. Vin⁹
audire rem prodigio simillimam? Cratenus Antigo-
ni Regis filius, ait se novisse hominem qui tantum se-
ptennium vixerit, quo tempore, & puer fuerit, & a-
dolescens, & vir, senex, & uxorem duxerit, & genera-
ta prole sit mortuus. Portentum longè prodigiosius,
licet quotidie videre in humanis moribus, ad huma-
nae mobilitatis dedecus. Nam unius diei spatio, ut ni-
hil dicam de septennio; videmus unum, & eundem,
& puerili esse mente, & senili, sapientem, mox fatu-
um, & virtute conspicuum, & flagitio obscurum, &
pulcherrimarum virtutum parentem, & turpissimo-
rum vitiorum genitorem, vivum denique, ac mor-
tuum. Sic homo Proteo mutabilior, Vertumnoque
est inconstantior, ut nihil illi sit familiarius, quam
deficere, se, & alios inficere, cadere, & alios ad casum
impellere, atque ad eundem lapidem, quod tamen
veteri proverbio reprehensum est, saepius, fœdissime,
& calamitosissime impingere. Manè est in cœlo, in
meridie in solo, vesperi in cœno. Induit nunc togam,
nunc sagum: ambulat jam soccis, jam cothurnis, agit
jam comœdum, jam tragœdum. Nunc flens Hera-
clius, nunc ridens Democritus, nunc frons est inœ-
tore contracta, nunc gaudio explicata. De hac ho-
minis inconstantia, est hæc mea constans sententia,
qua dici potest de quolibet homine qui est.

Nunc gravitate Cato, nunc feritate Nero.

Bb 2

22. DIES